

cortices, vel radices. Ibi genio vixerat, hic miserè vicatibatur: & non novum, si adactus in tantam victus inediam, quod homo delicatus hominis prorsus amisisset & formam.

Praterè. Post tempora & tempora Nabuchodonosor restituitur forma. *Figura mea (ait) reversa est ad me.* Nihil aliud innotescit huiusmodi vicissitudine, nisi superbia corrumpere, & humilitate ascendere. At operæ pretium erit observari stylum Regis, dum emerit è pelago paupertatis. *Figura mea reversa est ad me:* agnoverunt homines hominem, ubi adorati sunt divitem. Optimates & magistratus requisierunt in folio, dum figura cum imperio est restituta; non verò cum iaceret lamentabili inopia, & inaudita tragedia. In palatijs pervagatum: semper enim circumspicitur folium.

12. Figura restituitur. Verùm & quomodo? Inquit Rex: *Sensus meus redditus est mihi.* Dicit *sensum restitutum*, & non *sensus*, siquidem apparuit homo per rationem, cuius figura abolita fuerat per irrationalium deformem speciem. Ideo David: *Intellectum* (inquit) *da mihi*, & *vivam*: igitur homo non vivit sine intellectu, maxime quia honor Regis iudicium diligit: & dum ministrorum de regimine fatigat, haud ponderatè agnosceret officia aulicorum affectuum & factionum; & quomodo ad discretionem technarum non haberet intellectum. Sensum ratio est, sensus sensibilibus: cur non dicit redditum fuisse spinther rationis, sed facultatem sensibilitatis, cum figura restituitur hominis? Sensibilibus quid commune est, & rationali, & irrationali: quanvis in irrationali imagine, inerat munus ei facultatis sensitivæ: quo pacto dicitur verè sensus restitutus, si non amissus? Sensatio vitam indicat, insensibilibus mortem enunciat: & dicitur sanequam adhuc in vita sensus Regi restitutus; quia per inediam arètè vixerat mortuus. Vitam gerebat mortis in paupertatis articulo. Vivus & mortuus, & homo? Utrique. Erat homo, sed abiectus, pauper, miser, miserabilis & nudus: & sensus restituitur; estò sit sensus; quippe vita his mollellijs zrumnosa, minime est hominis vita. Morre mori melius erat, quam vitam ducere mortis.

13. Hac discernimus de necessitate propter inopiam, alibi agemus de paupertatis necessitate: idest, de paupertate voluntaria, quæ quidem felix miseria; cum pauperes sint, qui volunt esse pauperes, & alij quia volunt esse divites. Quapropter Seneca ubi supr. num. 5. *Malum est in necessitate vi-*

*vere: & subdit: Sed in necessitate vivere, necessitas nulla est. Quidni nulla? Patent undique ad libertatem viae multe, breves, & faciles.* At quæ? Non sunt, quas signat Stoicus, sed quæ Christus. Suo loco dicant: in terribi vide in prefatum propositum *Didasc.* 8. num. 2.

DIDASCALIA VII.

Antidotum prima noxæ Sacramentum Eucharistie.

1. Ioannes Maburnus dicit in *Roseto* part. 1. titul. 6. Unde appositè Guarricus N. Sermon. de *Annunc.* Sacramentum plaudit *Cibum vite immortalis, medicinam peccati, & restitutionem sanitatis.* O sacrum convivium! O felicitatem hominum! Au misera cõditio humana! Oh transgressio cervicosa noxa! Multoties haud relicuitur sanitas, & palam ulceribus apponitur medicina. Cibus dicitur vite immortalis. Iure: ingenium charitatis erat à Deitate exprimentum; dum exhiberet mundo novum grande convivium: & qui in vita per cibum mortuus exiit, per cibum in morte vivit: siquidem si ilectus, de immortalitate in mortalitatem corrumpit ad vitam immortalem de mortalitate insecutus etiam sine dolo surrexit. *Eritis sicut Dij*, suggellit serpens: evanuit in efca cogitata Deitas, agrè tulit divina charitas: & Sacramentum in cibo & potu proposito instituit; ut homines, quos mortales coluber fecerat, Deos faceret: ac videret gemens, sua utique calliditate victus, & vafrice verspellit serpens coarctatus, divinitatis participes; quos saxe desertionis lividus habuit confortes. Multatur Lybica fera in Eucharistia. O presiosum & admirandum convivium, salutiferum, & omni suavitate repletum! Incute diabolus in pauperem, quam fecit; & perduellis artis suæ sagacitate perivit: igitur qui eius fugillatione miserè morte moriuntur, morte Conditoris & sanctè vivificantur; ut floreat antidotum primæ noxæ Sacramentum Eucharistie.

2. Subit mentem in filios Israel Divina munificentia, & tanta Maiestatis præstabilis medicina. Sic nanque illis objicitur à Moyse. *Ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili, in qua erat Serpens statu adurentis, & scorpio, ac diptera, & nulla omnino aqua.* Perpende: *Et cibavit te manna in solitudine.* Quodnam ergo cibi manna, ac li-

Verf. 33.

Dives agnoscitur homo.

In aula non intenditur obsequium, sed commodum.

Verf. 31.

Pl. 118. 144.

Cur in Principe eminere debet virtus prudentiæ?

Vita inopia est mortis vitæ.

In necessitate vivere, necessitas nulla est.

bèrtatis à serpentibus consortium, ut simul beneficiat memorentur? Omnia in figura contigebant illis. Per serpentem adurentem statu, per scorpionem interaccantem incesu; ac per diptadem occidentem mortu; & signatur vulnera Primiparentum à serpente dæmone; quorum refrigerationi omnino nullæ erant aquæ. Per manna, Eucharistia signabatur Sacramentum, quo de celo descendit panis pro medicina hominum: & unâ meditanter exponuntur panis cælestis largitio, & à serpente languorum procedentium explicatio; ut prospicerent in umbra Sacramentum Eucharistie, medicamen vulnerum originalis peccati.

Divinitatis hamo insecavit coluber astarte nodos, & prædixit navavit: nocuit & necavit; igitur illis subdole imposuit. Adhuc scæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei afeendit super eos, ut deciderent à cogitationibus suis, & expellerentur ab horto voluptatis. Serpens adusit statu ita parentum viscera; ut in progenies dimanarent ulcera: ac illico ut vidit, per scam à diptade, serpens venenum; per cibum etiam Deus meditatus est auxilium: quippe si mortui iacent & à serpente: per panem cælestem liberabuntur à morte. Icitur homo à diptade astuta; & tacta fuit dolore icus hominis, charitas Opificis ingeniosa: patet. Sitis effectus toxicæ diptadis est: etiam habens naturam sine veneno, vel in Cruce dixit: *Sitis*. Sitis: Sanè hæc est Hydrophobia amoris: sibi & aqua simul cruciatur in ligno crucis. Omnes fluctus inducuntur super illum, & adhuc sitit tormentum: igitur bibentem sicut aquam candentium tribulationem; aquæ multa eius non potuerunt extinguerè nec sitim, nec charitatem.

3. Hydrophobia, *Morbis est* (ait Cornelius Celsus lib. 6. cap. 27.) *in quo simul æger & siti, & aqua metu cruciatur.* Oritur ex morfu rabidi canis: uti asserit Plin. lib. 29. cap. 5. Laborarunt cum filiis huiusmodi morbo, quos momordit canis rabidus in paradiso: prius in specie colubri pomodentem infixit; ac hydrophobus evasit, qui potum facuè momordit. Sitis & aquæ metum satulit viras in pectus; & prævalet adhuc in posteros morbus: sitim enim vivendi, & aquæ potum in morte. Alius dicamus sitim excitat calamitas paradisi immortalium gaudiorum, & metum aquæ in æstimmabilem lachrymarum. Sitis igitur bonorum fugacium dirè cruciantur, & metu calamitatum adventientium comprimentur.

Hæc est fugillatio rabidi canis, & vibex

flagitij primigenij transgressio. Verè languores nostros Protomedicus tulit, & dolores nostros ipse portavit: siquidem expressit carnem infirmam, cum intrarent aquæ passionis, effectus rabidi canis, & usque ad animam: ac spiritu prompto vel levatus in crucem, pectoris faucij prædicavit sitim. Delevit, quod adversus nos erat, chirographum decreti, & affixit illud validè cruci: ac etiam ab illo instituitur panis cælestis, ut iam redemptorum sitientium ablescat hydrophis.

4. Audi reapsè medicamen præstantissimum, & toxicæ præsentanei phyladerium. *Factum est* (ait Lucas) *cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum.* Observa, obiter estò, Medicamen, Medicum, & infirmum. Medicamen, Panem. Medicum, Iesum. Infirmum. *Homo hydropticus.* In primo magnificentiam doni: in secundo, nobilitatem dantis: in tertio, utilitatem denique recipientis: pro quo consule D. Thom. *Opuscul.* 58. & Albertum Magn. Sermon. 5. de *Eucharistia.* Hydrophis est agritudo nota, idest intercus aqua.

*Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit.*

Succinit Horatius lib. 1. *Carminum.* Od. 2. Imò uti etiam altipulatur. Ovid. lib. 1. de *Remed. Amor.* & 1. *Pastor.* *Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aque.* Ovid. *Hydrope turgescit corpus.* Indicat virus, & etiam toxicæ illecebram; igitur æger, qui languet, sitibundus cupit undam. Cogitabat, cur Hydropticus, qui aliàs occurrere quibat (aut potuerat) Medico Christo appropinquat, dum panem manducat? Mysterio, non casu. Panis ille Eucharisticum demonstrat, descendentem de celo symptomatum fractæ hominis valetudinis efficacem medicinam. Ubique sanè, uti cælestis Archiatrici, ac in qualibet mala medicina prævalet; maxime in traductum à primis parentibus gravem hydrope: unde qui laborabat, diligenter arripuit medicaminis occasionem, accedens cum panem Medicus manducabat: igitur panis Eucharisticus hydrophis sitim sedat.

5. Hunc panem in medicinam signavit Deus. Intende. Cum notam faceret Christus Sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum insinuantur omnia; in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem pec-

Quomodo Hydrophobia inebriat?

Luc. 14. 1. 2.

D. Thom. & Alb. Mag.

Horat.

Ovid.

Euch. r. sita hydrophi anime medicina.

Umbra huiusmodi prodigij.

Maburn.

Guaric.

Eucharistia est cibus vite immortalis, medicina peccati, & restitutionem sanitatis.

Mortui à calido serpente, cælico pane liberantur à morte.

Gen. 3. 5.

Ioan. 19. 28.

Qualis Hydrophobia amovit

Cornel. Cell.

Plin.

Hydrophobia symptomatum primii peccati.

Antidotum prima noxæ panis Eucharistie.

Deut. 8. 15.

Verf. 29.



Ioan. 6. 35. Ecl. 24. 28.

Quomodo fiet, & non fiet, qui pane Eucharistici ro gaudet.

Gisland.

Virtute celestis panis animam evanescentem languoret.

Est medicamentum omnium infirmis.

Apoc. 7. 15.

peccatorum) secundum divitias gratiae eius, quae superabundavit in nobis, dixit: *Ego sum panis vitae. qui credit in me, non sitiet unquam.* Equid hoc: *Qui bibunt me, adhuc sitient:* alibi ait. Haud contrarium. Hydrophobia laborat genus hominum: & misericordiam, *Sitient adhuc, & Non sitiet,* in sitim & metum aquae: sicut delicias caeli; & sitis extinguetur, quae sunt mundi: non sitient unquam sitim illam primam, sitis ceterorum causam; & adhuc sitient fontem aquae salientis in vitam aeternam.

*Non sitiet unquam.* Omnes de uno pane, & de uno calice participamus: nihilominus tamen sitim habemus: quia igitur via non sitiet unquam quisquis accedit ad mensam? Hydrops plus signatur humane male affectae voluntatis, quam intercus aqua corporis, notat Gislandis hic, in *Sensu Allegor.* sic enim ait: *Langor est mentis.* Stragit avarus de copia, & inopia, superbus de fastu, canodoxia, & aliorum despicentia; invidus appetit rivalis gloriam; ac lascivus sitit baoticae sus immunditiam, adhuc sitiens, quod plus potat. Omnia autem patent animi accelsiones lubricae, quae languent homines voluntarie agri: & Christus dignè appropinquanti ad Eucharisticam mensam, dicit, quod non sitiet unquam; quippe virtute & efficaciae panis caelestis, animae infirmæ evanescent languores. Enevantur enim vires prementium accelsionum in conspectu Eucharisticorum accidentium. Hispanice, lepidius: *Se desvanecen los accidentes de las enfermedades à vista de estos soberanos accidentes.*

Rursus, Nonnumquam sitit insatiabile cor humanum (in appetibilia honesta, utilia, vel delectabilia maximo perè pronum) dumtaxatque quiescit sitibundum in siti; dum cogitat, plus non esse in vehementia desiderii. Sitit ægrotus (salutis hydropticus) plures medicos & medicamina, an pluribus remittatur: gravis languoris molestia: & Christus aluit, *Non sitiet unquam,* quicumque gustaverit Sacramenti medelam: igitur quavis pariat tormenta sitis, & gravamine tabefac pallabundi languoris; Sacramentum modo panis exponatur angustium, non habebit quo plus cogitet medicinz desiderium.

Insuper, Sors fausta caelestis gloriæ ostenditur in terra (cum anima tantummodo fatietur gloria) ablatis molestiis famis, & sitis, crebro in mundo torquentibus homines: *Non esurient, nec sitient amplius.* Ecce gloriæ cumulus: & eadem hominibus describuntur bona in caelo, & in Eucharistia; an-

tequam vitâ fungantur, & postquam vitâ fungantur: igitur in huiusmodi caelesti pane, ita patet pignus gloriæ; ut quavis homo acutiorem iustineat sitim, & graviorem perpetiatur infirmitatem, Sacramento readeat citò in pristinam valetudinem.

6 Denique à DD. quæritur, quomodo si Christus ad mensam sedebat, hydropticum *Apprehensum sanavit?* Erat enim ante illum, sed non iuxta illum. Si homo cum Christo manducaret panem, haberet minime hydropticus: habebat, quia panem non manducabat: igitur si ab hydroptico gustaretur cibis, non esset hydropticus. Summum ergo patebat infortunium, quod hydropticus esset & ante medicum: ac gravaretur infirmitatis molestia, dum coram oculis in pane præstabat hydropticis medicina. *Apprehensum sanavit.* Quia viâ *Surrexit* (inquit Vincentius Ferrerius Serm. *Domini. 16. post Pentecost.*) à mensa. Surrexit ut levaret, quem gravabat hydropticus; & accedere nequibat compedibus languoris, ut subsidia exquireret medicaminis. Surrexit, anteverrens oppressi voca, ut magis coruscaret medici gratia. Surrexit, ut donum magis elaceret, & desiderium pauperis exaudiret: igitur præcurrit medicus, antequam interpellaret ægrotus. Surrexit, siquidem amor impulsit habet autem præstantiam Solis, & respondet sanitas decora pennis; quippequam haud videtur sua sibi fanitas, nisi quam comitatur ocyor velocitas. Surrexit, ut suspicia præoccuparet. Surrexit denique à mensa, ut ad mensam infirmum duceret, quem apprehensum nec morâ sanavit; ut sciret, quod ibi omnium languorum præstaret medicina, ubi Eucharistici panis fulgebatur umbra.

*Magnes amoris* plauditur hoc admirabile Sacramentum ab SS. PP. & DD. vide Picin. ubi infra. De magnete dicitur, pondera ferri suscollere in aere; ne naturali gravitate corruant, & infra cursantes allidant. Sanè magnes amoris est singularis Eucharistia panis: siquidem arceat pondera gravia vitiorum, ne homines fragiles impulsu valido detrudantur in Avernum. Excuit pulviscenus magnetis cum aqua potus, ferram sagittæ inhxum & altè in pectus. Sic Christus de *Mineralib.* part. 1. lib. 4. cap. 6. Confule Philipp. Picinellum, lib. 12. *Mundi Symbol.* cap. 24. Aptius & commodius exhibetur dictam fancies pectoribus mirabile Sacramentum: igitur quavis cordi hereant volucres sagittæ peccati; cum aqua & pane lachrymarum expelluntur sagittæ: ita ut si mortuus fuerit, ad auram feliciter revocetur;

Pignus etiam gloriæ.

Verf. 4. Languit est infortunium, quod desciat ante medicum.

Vinc. Ferr.

Homo tan ferrius ad panem dicitur Eucharistici, cuius, tanquam ad panem ad panem dicitur.

August. Magnes amoris panis caelestis.

Cæsus & Piccia. Et dicitur nam dicitur.

Marc. 5. 35.

Christus ultra humanum cogitatio nem in obsequium humani exhibet potestatem.

Verf. 43.

Panis Eucharistica præservat ab omni languore.

Datur valetudinem etiam, ne recidat in infirmitati noxam.

Verf. 35. Est apotheca salutis.

tur; & præsumit valide, ne iterum inconsulto moriatur.

7 Mortua est filia Archisynagogi Iairi, quandiu quærebat Christum; illius, quæ erat in extremis, unicus Medicum. Salutem protraxit, ut fides cresceret. Ecce intinè dolenti de languore filia, nunciij currentes dixerunt patri (mortis ictus ploratur vulnus Chironium) *Quid ultra vexas magistrum?* Neque ut decebat, nec ut debebat nuncijs opinatur, dum Christus Medicus quæritur. Existimabat Archiatræ virtutem, iuxta naturalem medicinæ potestatem; cum stemma sit ipsius supereminentiore charitatis, haud vulgaria miracula ostendit in obsequium hominis. Impossibile profecto (igitur deridebant) videbatur revocatio animæ; & nacti utique, quod illis videbatur impossibile: prodigia in homines ducuntur ad amicum charitatis; & novum haudquam præcussisse metam humanæ cogitationis. Surrexit igitur puella, cui alba præparabatur in bulum toga. Mirati sunt universi; & Medicus *Dixit, dari illi manducare.* Huiusmodi conditio, ut mihi videor, indicat aliquod superius documentum. Cur, quod porro in eius miraculis novum, ministrari iussit cibum? Arbitror cibum, ut medicamentum. Difficultas maxima, igitur non in clivo, sed in cacumine sedet. Puella namque iam valebat; igitur, quæ iacuerat, ambulabat: ac quid ergo cibis ut medicina, salute obtenta: Panis ille (iuxta N. Ven. Bedam lib. 4. in *Lucam* cap. 33.) erat panis Eucharisticus, quo spiritus puellæ erat satians; & datur in medicamentum detonctæ, postquam surrexit, & florentem valetudinem obtinuit; quippe exhibetur in pane præstantius medicamentum, ne crebris conditionis languoribus fragilis moriatur iterum.

Cælestis patet panis Eucharistici medicina, & empiricè videtur in puella. Vivificat itaque panis vivus mensæ participem, & præsumit animam, ne relanguet per recidivationem. Patent nocuæ magis lymphomatum exacerbationes, ubi iterum in fragiliorem conditionem insulant infirmitates: puellæque, quæ surrexit, huiusmodi panem dari iussit, ut medicamentum salutiferum suscipiat; ne periculis obvijs fragilis recidat. Hanc ob causam reor, Christum vocari Magistrum, dommodo requirunt ad salutem, ut Medicum: medico congruit sanare, & magistro docere: in pane sacro micat apotheca in cunctis hominum agritudines; & dum Christus vocatur ut medicus, expulsi-virus mortigeræ infirmitatis; officium,

signando panem, obijt sapientissimi magistri: igitur instruit homines scientiæ, quo pacto languores expellendi sunt animi. Hæc siquidem est schola, ubi floret caelestis medicina.

8 Hic homo vivificatur. Datum autem non ambigitur. Cur ergo anima insignita non valet, imò medicamine in deterius languescit? Quotidie ad mentem fruicans efficae com medicinam! Vulnere anima tumidiora, & exulcerata corruptelis, etiam cum theriacis, antidotis, phlaacterijs! Falsitudo enim nungacitatis obsecrat bona, & constantia concupiscentia transvertit sensum mali. *Filij Heli, filij Bethlæ, nescientes Dominum:* ait dacer textus de sacerdotibus, filijs summi Sacerdotis. Qui ad mensam Sanctuacij nutriti, filij sunt diaboli? Utique. Quotidie sacrificabant, & puritatem sacrificantium nesciebant; quippe quasi nescirent præsentem Dominum, polluti sceleribus ostendebant sacrificium: & cum essent filij Heli, denigrantur ut proles Bethlæ; quia ita flagitiosis moribus fugebantur sacerdotij dignitate, quasi Deus non esset ibi: igitur quotidie accedere ad mensam, & quotidie deturpare vitam, recidere in peccata, iterare crimina, patvipendere salutem animæ, mulceri vitiorum amaritudine, ut nulla sit emergendi facultas, quin etiam immergat ponderosior criminum gravitas; igitur, quæ iacuerat, hominum, sed impudentia demonum pervicacium.

9 Pro hominum utilitate, se tanti momenti Christus exhibet cibum: ac ex commodo tanto nullam animabus momentum; quoniam araneorum instar considunt ex theriace venenum, & ex dulcedine amarissimum absinthium. Provocat inverfo munere ad nauseam, quod prodesse poterat ad medelam. Quicquid recipitur ad modum recipientis recipitur; & nequaquam quia malum, sed quia male accipitur, in toxicum vertitur: quapropter medicina, caelestis est, haud communicat salutem; quia ager habet cordis infirmam constitutionem.

Nactus est hydropticus, de quo iam egimus, in convivio spectabile pignus salutis, quod quidem haud obtinuit vel obsequium invitantis. Vocavit in convivium Princeps Phariseorum & alios (qui observabant) & Christum. Agnoverat sanè irritor, seu invitator conviviarum moribus contrarietatem; igitur Christus horum averfabatur conditionem. Quod ergo cogitationes suas Princeps referebat Phariseorum, ut simul epularentur Christus, & concilium malignantium? Percitus vanitate (quippe Christus

Est caelestis schola.

1. Reg. 24. 12.

Sacerdos pollutus accedens ad sacrificia est filius demonum.

Virtus caelestis panis iuxta modum recipientis.

Summa est malitia communitio propter vanam gloriam.



scpe perstrinxerat isthorum, vel in obsequijs  
varificium illum invitavit, ut secum man-  
ducaret amice panem; ut palam esset cun-  
ctis, non esse ita, sicut ceteri, quos Chris-  
tus vel ad mensam despiceret pro merito  
vitae. Verum in hac cogitatione sese ostendit  
magis improbum, & abominabilis cordis  
propositum: siquidem ampliavit mali-  
tiam, dum cum Christo fedebat ad mensam,  
solummodo propter exultationis vanissimi-  
mam gloriam.

10 Necdum cum Pharisaeis extinctum  
horum conamen. Amentia huiusmodi exer-  
cetur quotidie. Singuli, qui Pharisaeorum  
vestigijs haerent, crebro dicunt: *Accedo, quan-  
vis improbus*.. Dij te perdant. *Accedo*.. Per-  
fricta frons. *Accedo quantumvis malus*.. Non  
esse, interesset sane, quia tua interest. *Ac-  
cedo* & *faciunt vulneribus noxae, ne dicant:  
non accessisse*. O praclarum virum! Esto, si  
bene: quid inde? Accedunt & non accedunt,  
quia improbi manent, quasi non ac-  
cessissent.

Luc. ubi  
supra

Figge ergo in iactum praefati convivij co-  
gitationem. *Cum intraret Iesus in domum  
Principis Pharisaeorum manducare panem*..  
Quid Manducavit? Haud dicitur, nec il-  
lum manducasse, nec Pharisaeos manduca-  
sse cum illo. Ad quid igitur convenerant?  
Non erant ibi? My. Scio namque de prodito-  
re discipulo, ac turpi perduellione di-  
ctum: *Manus tradentis me, mecum est in  
mensa* quoniam ibi insidiatoris minime erat  
spiritus, sed tantum manus. Non erat ibi,  
& aderat; quia male cibum acceperat: &  
dummodo cordis latitat malitia, & pater  
audacia; nequaquam adest anima hiantis,  
solum tamen manus tradentis. Acceperat,  
ut acciperet; & quasi non acciperet, acci-  
piebat.

Luc. 22.  
Cibus iste  
non acci-  
pitur, si  
accipitur  
tantum.

Erant ibi simul cum illo conviva, ve-  
rum cor longe. Non erant ibi, ut cum illo  
comederent, sed ut illum observarent: haud  
accesserunt ad mensam, ut sanarentur ad  
instar hydropici, medicamine doctrinae; sed  
ut anam medicina praeberet criminationi  
quandoquidem eo ipso tempore, quo inter  
illos erga Christum florebat convivij comi-  
tatio; subdolo in corde moliebantur insidias.  
Aberant animi convivarum, & duntaxat ap-  
parebant manus tradentium. Proh nefas!  
Viget etiam modo in pectore Catholicorum  
huiusmodi detestabile propudium. Ap-  
propinquant, & stant: sunt extra se. Acce-  
dunt ad mensam Christi, pollutum corde: &  
recedunt accedentes, quia illis expediret,  
non accessisse. Accedunt, & non accedunt;  
igitur accipiunt panem, & non accipiunt.

Recedunt  
polluti ac  
cedentes  
Eucharis-  
tia com-  
munioni

Participant, sine participatione communi-  
cantes: & minime reficiuntur accipientes;  
quoniam licet sit fructum bonum, quod sub  
speciebus panis communicat Sacramentum,  
haud accipiunt bene bonum.

11 Instituta a Christo sacra Synaxi, atque  
pallis discipulis pane caelesti, accepto  
calice, dixit: *Bibite ex hoc omnes. Omnes* di-  
xit (sic observat Theophylactus hic) expro-  
brans tacite proditorem; eo quod non ac-  
ceperit in convivio novum panem. Quo  
pacto panem non accepit, quem Christus  
communicavit? Patet *Iosua*. 13. 26. 30. Ad  
mensam utique cum magistro sedebat, buc-  
cellam sumperat; igitur accepta, continuo  
exivit: quomodo enim panem illum non  
comedit? Neque profecto ita audax secleris  
evaderet, ut Magistrum & coram cervi-  
coso despiceret; maxime praesente Petro,  
de proditore sollicito: unde Chrysostomus  
hic astruit: est sacrilege, Iudam communi-  
casse. Quia via insidiator communicavit, &  
non communicavit? Haud acclive. Commu-  
nicavit sacrilege: accepit nitidum panem  
sordido corde, maculato pectore: & qui in-  
purus accedit ad mensam; quavis panem  
accipiat, non accipit Eucharistiam. Nequam  
igitur nequaquam.

Matthi  
26. 27.  
Theopha

An Iudas  
in novissis  
ma comu-  
nicatione  
caverit?

Chryso

Communi-  
cavit, non  
comu-  
nicavit

Synaxia  
quid

Accipit  
non acci-  
pit, qui  
male ac-  
cipit.

Matthi  
26. 26a

Parvum  
manentis  
immo sum-  
mum non  
cumentis  
accipere  
tantum.

Ratio subest. Eucharistia, in qua sum-  
ptio corporis Christi, dicitur Synaxis; id est  
Communicatio, sive unio cum Deo. Vide Cas-  
saubonum *Exercitat*. 16. ad *Anna*. Card.  
Caesar. Baronij num. 42. Perperam parti-  
ceps poterit esse Christi charismatum, cor  
completum fluctibus iniquitatum. Accipit  
absdubio Christum in pane caelesti, sed non  
communicat cum pane Christi. Accipit &  
nihil amplius: ac accipere tantum, non est  
corporis Christi communicatio, sed sacrile-  
gium: unde Iudas accepit Divinum panem,  
& non accepit (quod contingit inquinatis  
animabus) quippe accepit putridis, laeis  
visceribus.

12 Lustranda cuncta; igitur ipse qui  
pabulum caelicum instituit, dum exhibitio-  
ne, proposito astruit. *Accipite* (dixit) & *co-  
medite, hoc est corpus meum*. Innuat sacris  
paucis verbis, quid operandum in commu-  
nitione corporis. *Accipite, & comedite: Co-  
medite*; quia parvi momenti mere accepit.  
Accipitur Christi corpus, dum accedit  
homo ad Sacramentum. Comeditur, ubi ac-  
cipit ex communione fructum: & Auditor  
mirabilis Eucharistiae. *Accipite*, inquit, &  
*comedite*: quoniam nihil animae prodedit: ut  
accipiatur, accipere. Nos dicimus: *Comulgat  
por comulgar*.

Haec verba, myserijs foeta, in stemmate  
amo-

amoris astuantis pectoris Christi, utramque  
insinuanc communionem Sacramenti. Sic  
excogitavit pius & doctus Innocentius III.  
de *Sacramento Altar*. lib. 4. cap. 14. Ni-  
mirum accipere Sacramentum, & rem; ac  
virtutem Sacramenti. Primum signat *Acci-  
pite*: secundum vero, *Comedite*. Comedite  
accipientes, accipite manducantes. Accipi-  
te Sacramentum; at manducate, ipsius re-  
cipientes fructum: siquidem perperam acci-  
pientes accipietis Eucharistiam; dummodo  
Eucharistiae non accipitis gratiam. Haud *Co-  
medite*, ut panem accipiat: *Accipite* autem  
panem, ut manducetis. Panis igitur accepit  
ut cibus prodesset: acceptus ut accipia-  
tur, laedit. Mors est malis; vita bonis: &  
moritur infeliciter homo (& coram vita  
aeterna elargitorum Christo) si accedit ex ab-  
rupto ad Eucharistiam; accipere, ut accipiat  
tantum sacram bucellam.

Innoc.  
III.

Haud pro-  
desti Sacra-  
mentum,  
dummodo  
non acci-  
piat ani-  
ma fruc-  
tum.

Qui ritè  
non acci-  
pit, panem  
non comè-  
dit.

Ioann. 6.  
56.

Corruptela  
in Christia-  
norum ist-  
piis pess-  
ringitur.

Matth.  
21. 37.

Est Chris-  
tus, & non  
est in acci-  
piente, qui  
ritè non  
accipit.

13 Accipit igitur, & minime comedit  
pollutus homo in huiusmodi sumptione.  
Christus enim in pectore maculato, quo pes  
Sacramentum est; est quidem, qui ibi sit.  
Extrahitur isthae propositio, quae videtur  
paradoxum, in utilitatem Eucharistiam acci-  
pientium. Qui accipit, & ritè non accipit,  
nullatenus comedit. Opus est sane, ut Eu-  
charistia accipiat fructuosè; quod homo  
fit in Christo, ubi Christus est in homine. Va-  
let enim propositio: *In me manet, & ego in  
eo*. Haudquaquam e converso: *Ego in illo,  
ergo manet in me homo*: igitur dum homo  
accedit ad Eucharistiam, Christus est in ho-  
mine: homo autem non est in Christo, nisi  
communicet bene. Erit in Christo accipiens  
panem, qui non aliam, quam saeculi nutrie-  
rit cogitationem? Qui accesserit ad Ecce-  
stiam (curiosè extollentia oculorum) pyrau-  
sta inconsulto proiecta, & ambusta flammà  
affectuum volatilius? Vae mundo à scanda-  
lis. Verumtamen vae homini illi, per quem  
scandalum venit. Erit in Christo, cuius au-  
dacia, gestus corruptelam, cultus nimiam  
polituram, vagam cogitationem cordis, fo-  
ram illecebris, haud coeret fallentem reveren-  
tiam altaris? Frustratur illius Patris cogitatio  
à conturbatione spiritus & temperatam:  
*Verebuntur filium meum*. Erit in Christo, qui  
molitur coram altari, quod quidem non  
auderet coram saeculari iudice? Qui asy-  
lum rumpit, dum ad illud confugit? Qui Dago-  
nis, seu draconis imagini exhibet confusio-  
nem, & reverentiam, despiciens Arcam?  
Qui flocci pendens panem manna, verum,  
caelicum, adoraverit vitulum? Qui: Vah!  
Procul este profani. Si accesserit, ut com-  
municet, Christus erit in eo; sed nihil inte-

rerit (interibit) cum ille non sit in Christo.  
14 Modò exponitur liquidò alia  
Christi arcana verba proposito mirificè  
contestantia. *Ad eum veniemus, & mansio-  
nem apud eum faciemus*. Geminationem  
perpende. *Veniemus* (ait Christus) & *man-  
sionem apud eum faciemus*. Venire potest,  
quin mansionem faciat: Potest utique. Venit,  
& manet in custodientem praepcepta; quippe  
particeps Eucharistiae accipit venientem  
in gratia. In profanante leges illecebris vani-  
tatis, haud manet; ceterum venit: ad il-  
lum venit, sed apud illum non manet; quo-  
niam veniens ad communicantem non venit,  
nisi iure bene sine peccato communi-  
cetur. Venit ad hominem, quia manet in Eu-  
charistia: & non manet in homine, quanvis  
veniat; quippe ut maneat in homine per  
Sacramentum veniendo, debet homo per  
gratiam manere in Christo. In hoc scimus,  
quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso  
manere; debet sicut ille ambulavit, & ipse  
ambulare: perperam erit vinculum, quod  
divortium.

Ioann. 1.  
23.

Quomodo  
Christus in  
Eucharis-  
tia, non  
manet in  
homine, &  
ad hominem  
venit?

Plin.

Qualis vi-  
tis Thes-  
salicae

Matth. 26  
26. 27.

Luc. 22.  
17.

Symbolum  
Eucharis-  
ticae

Homini  
afflicto e-  
st. In  
aliquando.  
Deuter. 8  
3.

15 Vitis Thesalica *Theriaca* appellatur  
apud Plinium lib. 14. cap. 18. & lib. 21.  
cap. 21. *Quis venenatis omnibus videtur  
resistere*. Quasi vitis fructificavit Eucharis-  
tiae Sacramentum, igitur contra cuncta ven-  
ena claret theriacum. Iccirco dum tran-  
siturus de hoc mundo ad Patrem, insituentis  
in virus morum singularum theriacem; dixit  
primò de pane: *Accipite & comedite*. Deinde  
calicem prorigens: *Accipite & dividite in-  
ter vos*. Sic Lucas: *Matthaeus verò, Bibite*.  
Accipite & comedite: accipite & bibite: ne-  
mo mundus à forde, nec à lue. Accipite, &  
experiemini phylacterium, in toxicum ethi-  
cax cunctarum infirmitatum: daemonia eji-  
cit, serpentes tollit; est mortiferum quid  
biberitis, non nocet vel praesentanea pes-  
tilis. Languores hominum corpora & ani-  
mas comprimunt: accipite, comedite, bibite:  
pane & vite oppidoquam evanescent.

16 In umbra huius angustissimi panis  
(qui philerum amoris) nitet virtus medici-  
nalis virtutis. Custodiam legis Israelitis  
commendat Moyses, ingrelluris promissio-  
nis terram; ut qui blandimie haud sapere-  
nt, terroribus despicerent stultitiam: ac  
subinde suggerit: *Affixit te* (Domiaus)  
*penuria, & dedit tibi cibum manna*. Quod-  
nam harum gratiarum vinculum, ut una fi-  
lifs Israel extra modum obijciantur? An quia  
penuria hominum aliquando etiam sum-  
mum beneficium? Altius sermo dirigitur,  
dum Moyses de beneficio & afflictione lo-  
quitur. In penuria describit omnium cala-

Ddd mica

Tom. I. Taut.



Manna cunctorum languorum medicamentum.

Pl. 104. 37.

mitatum angorem, & in beneficio medicamen. In primo, pectoris fatigantis tormentum; in secundo, praparatum subsidium: igitur si in penuria designantur cuncti conditionis languores; manna tetulerat mirè, & omnium infirmitates. Si anxietates cordibus infundantur, ut pectoris toxicum; in manna à Domino concinnatur antidotum. Patuit tot annis spectabilis effectus; siquidem Non erat in tribus eorum infirmus. Si hoc est in arido, quid erit in viridi, gemmante, florecente Eucharistia Sacramento? Accipite: igitur institutio mirifica celestis panis, antidotum est infirmitatum originis.

DIDASCALIA VIII.

Bona, quam sint bona, scire nisi malorum cognitione non possumus.

Chrysol.

Ge. 13. 5.

Senec.

Felicitas in felicitate non cognoscitur.

Senec.

1. Petr. 11.

Mala innotescunt aduentu bona voluntatis.

ET experimento habemus, & altruit Chrysiolog. Serm. 131. Ipsa enim veritate serpens calidior vatre Protoparentes fecellit. Eritis (suggessit homicida) sicut Dij, scientes bonum, & malum. Nec sibi felix pauper habetur, Nisi felices cecidisse videret. Dicam cum Tragic. in Herc. Oct. Act. 2. verl. 673.

Felicitatem supplantazione amittunt: & tunc felicitatem cognoverunt; quia quod pravaricantes experti sunt malum, stimula- vit in cognitionem evanescentium bonorum. Aperiunt oculi amborum & cognoverunt. Stupide malum sapiunt: & tortem felicissimam in felicitate non cognoverant; quippe nondum oculos mala ad bonitatis cognitionem aperuerat. Non est bonum, quod incrementum malum sit: inquit Seneca lib. 1. de Ira cap. 12. Adam quia ascendere concupivit, lachrymabiliter corruit. Iacet infra, qui voluit ultra: & cognovit, quam bonum esset bonum; ut primum florecentem apprehendit malum. Posteriores glorias altruit in Epist. Princeps Apollolorum, Singulare prorsus epithetum! Gloria demonstrat omne bonum, scilicet Dei visionem, cum videtur Deus sicuti est facie ad faciem. Posteriora sunt fuga, vel absentia figura: & apposita in posterioribus collocatur cœli gloria; quia mala cognoscuntur adventu bona volatu. Bonum in possessione percipitur, sed non omne: id est, quam bonum,

quousque accedat, quod refugit animus, no- cumentum: ac studio ab Apollito in poste- rioribus designatur gloria bonorum; quia bona cognoscuntur tantum dum fugiunt.

2. Experientia didicit Adamus, ac empiricè in schola calamitatum, quale & quan- tum esset amillum irrevocabile bonum. Mor- te moriens, decretum plane. Moritur trans- grediens? Utrique: experitur miseram for- tem, ploratque fugientem felicitatem; iu- dicium perducitur per transgressionem ad actum: est enim infallibile decretum. Mor- te moriens, Moriens, quia gustabis malum: malum & amarum est, reliquit te Domi- num: Mor- te moriens; quia Deum declin- quet cor: adherere Deo, bonum est. Mo- rieris, quoniam pravaricator, mortalis eris: & Mor- te moriens; siquidem vivere poteras feliciter immortalis. Morieris, quippe ma- lum est in necessitate vivere: & Mor- te mo- rieris; quandoque nulla necessitas, vivere in necessitate. Morieris, nam urgebit stimu- lis crebris præsens calamitas: & denique Mor- te morieris; igitur stimula- vit acius gratia amilla felicitas.

Comprehensi sunt Primiparentes in su- perbia sua. De execratione & mendacio an- nunciabuntur in consummatione. In ira consummationis Dij non fuerunt: igitur quomodo confunditur fur, quando depre- henditur, sic confusi sunt. Ita cogitat Arno- bius in Psalm. 58. vers. 13. Modò perpen- de imprecationem Davidis in iactu huius- modi fraudis. Ne occidas eos. Sententia lata est. Mor- te mori debent: quomodo non oc- cidendi, qui deventur desertores mortis? Ut mor- te, moriantur illicò non occiduntur. Si ubi primum non servaverunt pactum, diem supremum clauderent, & vitæ periodum; mors esset supplicium summum, & extre- mum. Aliud gravius mor- te, etiam in vita perpetuentur iurè. In morte sustinuerunt poenam, in vita amissam fortunam; & ut gravius haberet iudex transgressores puni- tos; dicitur, Ne occidas eos. Non morian- tur, ut moriantur sæpe; & regnet prava- lens mors sine morte; siquidem plus pun- get amilla felicitas, quam perpetua cala- mitas.

Immortales florebat in paradiso, pos- tea transferendi ad gloriam; & misere iac- cent mortales, de tranquilla dextra lorice de- trahi in poenam. Gravatur dolor vulnerum pectoris, cogitatione deplosa felicitatis. Crescit poena, perenne gloria. Ne occidat illos, nisi illorum cogitatio, quæ quidem mortis fungetur officio; & moriantur mor- te viventis, qui noluerunt gratis esse felices: igitur

Gen. 2. 17

Miser mor- te moritur qui quirit esse felix.

Arnob. Plal. 50. 12.

Magis cor- da boni- num pun- gunt amissa felicitas, quam præ- senti cala- mitas.

Morim- tur viven- tes, qui cogitât esse potuisse fe- lices.

Ter. 5. 34. Senec.

Mala & bona no- bent nobis.

Deut. 33. 6.

Genes. 49. 4.

Vita mis- ra felicit, gravior poena.

Peror.

Alapid. Urget in- vine homi- nis pectus, videre alius sua infelicitate beatus Genes. 37. 9.

Primoge- niti cruci- ament, ad- rare mino- rem.

igitur in vita sufficit, ut habeant mortem, cogitare potuisse habere perpetuam felici- tatem.

3. Patet modò sensus Tautologiae Iere- mia: Usque ad diem mortis sue, cunctis die- bus nostris nobis nocent: inquit Senec. Epist. 5. Nocent hominibus mala, & bona. Mala vitæ ad diem mortis: bona omnibus die- bus vitæ: & uniuntur apprimè, arguè que contraria, in eadem ipsa indivisibili vita; quippequam vita hominum mors est & presentia malorum urgentium, & absentia felicitatum fugacium.

Liam moriturus misissimus Moyfes, ut irent de virtute in virtutem (congrega- tis Tribubus, & Principibus Israel) benedi- ctionem dedit Legislator. Vivat Ruben (sic exortus) & non moriatur. Indicat ne in geminatione vitæ indulum, igitur ceffime abratum primogenituræ privilegium? Prin- cipium fuit doloris integerrimi patris, qui maior in imperio debebat esse, & prior si bonus in donis. Effusus es sicut aqua: non crescat in dicitur Iacob. Quo pacto Moyfes in benedictionem adducit vitam; & gemina- tione negationis mortis, quasi derogat in iunctam à Patre poenam? Haud derogat: iudex igitur verus & iustus confert præmium, & decernit supplicium. Vivat gratia, & indulgentia tributur; poena gravis altruen- da per Non moriatur. Ecquid hoc? Non mors poena, & vita gratia? Non mors est vi- ta: cur ergo eadem eiusdem vita erit gratia & erit poena?

4. Promam & saxò. Crimine in patrem, obnoxius erat morti; ac dignus primogeni- turæ exoi. Secunda poena illicò Rubeno in- iuncta; igitur ex prarrogativis natu maioris, & Levi adscriptum fuit Sacerdotium, atque in Iudam transcriptum est Regnum. Vide Pe- ter. & Alap. in Genes. 49. v. 3. Prima poena ob- merita patris prætermissa, ut plus urgeretur indulgè poenâ: quandoquidem cogebatur adorare fratres dignitate excelsos, quos subditos habiturus. Illi florebat donis fra- tris abdicati; cui vita acerbius amarissima morte: quoniam tristis hilares vidobat fra- tres sua utique infelicitate prorsus felices, Agre tulerunt, quanvis per somnium fra- tres adorare Regem Iosophum, & natu- in- nimum. Qualis igitur calamitas Rubeni (li- cèt agnosceret non infligam forte, sed iure) inter ambitionis & vanitatis stimulos, ad- rare adoraturus? Natu maior erat: ergò moritur, & gaudens vitâ Eò acerbius est tormentum, & gravius supplicium: Prin- cipem reverè adorare pastores; quò pastores,

Tom. I. T. aut.

per somnium estò, renebant natu minore ad- rare Principem.

5. Clarus. Vivat (dicitur) & non mori- tur. Nequaquam audacia indulgetur sine poena: in dō Ruben larva favoris cruciatur eculeo- mentis. Felix esse potuit, nisi peccasset. Ut ergò poena tabefcat; qui primogeni- tus sine munere vivat: quanvis dignus mor- te, vivat Ruben, non moriatur: non mo- riatur, ut moriatur sæpè; ut expiret respira- tione quoridie: quippe pro halitu vitæ vi- talem habeat mortem; quotiescunque cogitaverit esse potuisse felicem. Bonis & ma- lis sagittatur & agitatur animus, dum exau- ctoratus circumspicit Rubenus: tunus præ- paratur in vita, primogenituræ florecente memoria: etenim haud catu immittam de- plorabit poenam, sed amissam semel, & us- quequaqù fortunam. Non mirum, quòd non moriatur, si moritur: singulare tamen, quòd vivat, quem amilla dignitatis mæor incessanter gravat: igitur à principio condi- tionis fragiles homines, vitam non censent vitam, sed dignitates.

6. De throno in haram, gaudentem belluina forma. Nabuchonofor Regem ex- pulit astu superbia. Risit, quem adoravit Regum Principem inter auicias illecebras; videns leonem sicut bovem, comedentem paleas. Quia sans fastu non erat, sus effici- tur: haud fas, quod qui non homo, cum ho- minibus converfaretur. In homine non est homo, nisi cum illi insit perfecta ratio. In- estimabile bonum est (profer Cordub. Epist. 76.) sum fieri. Suis igitur (precibus Dani- elis) est effectus, ubi sensus relictus. Di- ligenter intende. In ipso tempore (ait) sen- sus meus reversus est ad me, & ad honorem regni mei, decorumque perveni. Dum honor regni, decorque maicellatis relictus, sen- sus revertitur? Herce. Deperunt ambitio- si fortunam, & anòritas muneris titillat superbam animam; quin experts sit serpen- tis vellicatis pruriginis, nisi scalpatu peccati- nibus fulgoribus dignitatis: unde rectè di- citur, in honore sensum fuisse relictum; igitur propter honorem contigit fastosus amitte- re sensum. Vide Dialecto Hispana, igitur pro Deperire aliquid, vel sientes appetere, dicimus: Sale comen los pies: pierda el sentido.

7. Ceterò. Per sensum vita signatur, si- quidem vita animalis per sensum dignosci- tur; uti vidimus hic Didasc. 6. num. 12. & sen- sum habebat, quanvis ad brutotum simili- tudinem vixerat. Quare Rex in solium resti- tutus, asserit restitutam vitam, quasi ha- buisset extra solium ablatam: florens erat

Ubi sup.

Plus fasti- cat amissa fortuna, quam illa in poena.

Inestima- bile bonum est, suam fieri. Senec. Dan. 4. 33.

Ambitio- nis pruri- ginem ur- tica digni- tatis scal- pit.



in palatio suo, cum audiret in se clamantem vocem de caelo. Servire cogitur, quem mundus venerabat; & subigere cervicem legibus durissimae fortis, qui thronum sustulerat super universos Reges. Cogitur regi qui regere; obedire, qui a mamilla asluverat principari. Regi vita, imperium; moderari, pectoris spiraculum; & sensum revera Principi restituerunt, cum Magistratus ad thronum (de quo pulsus) elevarunt; siquidem haud habent homines aliam auram vitalem, praeter saltum dignitatis & honorem. Aqua lance trutinatur honor & vita. Vita est popularis aura; qua respirant superbiorum corda; & pro eodem vita; & dignitas usurpantur; quippequam stupidi sine dignitate moriuntur.

Munus regimini est spiraculum bonum.

Non est vita vitae, sed quae caeret spiraculo bono.

Subsidium est miseriae fortis ignorantia fortis miseriae.

Dirum homini cruciamen evigilare esse potius feliciem.

Eccles. 1. 28.

Qui ab omnibus cultus, ad instar onagri vicibat, & vivebat a cultoribus despectus. Ablatus fuit folij aslentatione, dignitatis blandimine, atque throni maiestate: quid mirum, dixisse restauracionem vitae, restitutionem in honorem regni & throni? Vita prorsum restituitur, si in pristinam dignitatem elevatur: igitur non est vita, vita Principis sine decore, nec habitus regalis cum dedecore.

8 Subinde. Aliqui uti Epiphanius in Vita Danieli, Dorotheus in Synop. Petr. Comelli hic cap. 4. afferunt toto septennio habuisse rationis usum, duntaxatque rationalis amissis habitum: igitur ille dixit: *Figura mea reversa est ad me.* Ergo novum mens mutata. Iacet, & seipsum contuens, agnoscendo non agnoscit: levamen esset cladis, si nescisset: igitur magna pars admittit fortis, dum miser miser est, & felix nescientia infelicitatis. Mutuo sibi intellectio, & vexatio serviunt: vexatio dat intellectum, intellectus vexationem; ut homo nesciens, laborum iudicet felicitatem: Nabuchusque (dum deserit) a fortuna, regali apparatu, ac maiestate) ut plus exagretur arrogantia, nullatenus deseritur a ratione. Petita iacet superbia, & validiore sagitta. In miserum felicitis articulo, in declivae prosperitatis statu, lucet & fulget lux mentis: ut illum vexet cognitio amissae felicitatis. Ni sua impulsisset & expulisset superbia, agnoscit habitum fuisse regnum, & gloriam; agnoscit causam, ut habeat insolentia graviorem poenam, ac animi elatio adaequatam vindictam: siquidem inflato pectori, & arroganti cordi nullum prorsus acrius cruciamen; quam cogitare non esse, & esse potuisse tota vita feliciem. *Qui addit scientiam, addit et laborem.* Succinit etiam Mariana hic in Carm.

— *Sic tibi plurima nosse, Nil invat ut maior sit nisi corde dolor.* Prenebat respiracionem sapientia facti, & cogitatio supprimebatur ab ipsa cogitatione; maxime volante ante oculos clarissima mentis, fulgore obscurata maiestatis: unde miser tabescebat; suam cogitans fuisse ruinam, alterius fortunae causam. Machina erigebatur successoris throni, ex ruderibus gloria Nabuchi. A Rege aliena figura agnoscitur; & intus pungitur; quia elevata fuit hyssopus, haud alia causa; nisi quia cecidit cedrus. Pungitur, quippe cogitat irrationalem (figura hominem) electum fuisse ad dignitatis culmen, & in figura non hominis, a dignitate deturbatum hominem. Accerrime denique perstrinxit dignitatis cogitatio, cum esset Princeps ad instar bovis iud dicitur: igitur quia arrogantia delinavit infelicem, extraxit simul alterius felicitatem.

9 Erudimini qui indicatis terram, contemplantes audaciam, & superbiam deplosam. Qui te viderint, ad te inclinabunt; teque prospicient. Nanquid iste est vir, qui conturbavit terram? qui conculsit regna? qui desertum orbem posuit, & urbes eius destruxit? Quomodo cecidisti? Quomodo? En arrogantia superbissima imago. Ecce homo. Sed dignum scitu indicatur. Cur ejectionem, in ob abiectione a solio delira celestodinis, amplexi sunt Magistratus, & Optimates? Rex homo erat, aut auissit formam, sed figuram: non usum innatae rationis, sed tantum adumbrationem similitudinis rationalis imaginis. Qua igitur pollice detrudunt e solio Regem, videntes (licet non ad speciem) hominem Principem? Iure Placidum commendat in Superiore vultum; intendentes (quem agnoscunt hominem) esse humanum: gravis utique fuisset subditorum pusillanimitati molestia; quare hominem & esse in alia figura: adire hominem Principem, & invenire belluam obtutibus devorantem: semibovemque vitum, semivirumque bovem; qui subditos abigeret, quos necessitas iuris ad solium traxit. Spe subsidij accederent vindictae maiestatis, & Panico absurdie corripentur terrore. Optime conservacionis muneris refragantur Magistratus; cum videtur Princeps horridus, pilosus, banbalio, hirsutus, Perniciei, vel commodi erit allicii, auctoritatu pro Principe videre monstrum: Nec minor pernicietis, quam carere vultu, nec maius commodum quam gratis privari superioris aspectu: siquidem si subditos Praesidijs allicit permulcens charitas; pungit, non fecus ac aper, pro blandis verbis eiaculari fetas. Magistratus

Mariano

Stimuli superbi mi feri quales

Superbi supplicia adhibetur in exemplum.

Dan. 4. 13.

Duri praesidi fronte caperata indigentibus crudelissima poena.

Ibid.

expulerunt & iterum Regem requisierunt Magistratus. Prudenter quidem: non inquietant, quem expulerunt; Principem; quousque in homine cognoverunt hominem.

Horribilior gestu gravior Caligula.

Sueton.

Isai. 11. 21.

Principi inarbanus hirsutus draco.

Septuag.

Amo de mon.

Sape praesidi cogitatio Nervae & patet Caligula. S. Bened.

1 Mos fuit C. Caligula pro horribiliore vultu, ut terretur spectantes (& quod graviore, graviori) quo quidem gestu placebat in Senatum procedere; tpecula meditare contulere. Aetio voci congruit: *Oderint dum metuant.* Immanissima facta augebat atrocitate verborum. Unde illud ipsius: *Nil magis in natura sua laudare se, ac probare, quam invenire cadentem.* Vide Sueton. Tranq. lib. 4. cap. 29. 30. In oculis Principis feces gratiarum: ac plane dirum, quod alpeclus Imperatoris, cogitatus ut subsidium, vel oculis sit tormentum. *Requiescent ibi bestiae, & prelebantur domus eorum draconibus, & pilosi saltabunt ibi:* dixit Evangelicus Vates. Vel prudentior Respubl. si his languet caput Principis moribus; erit propalam gyrgathus. Nos dicimus. *Casa de locus.* Haud inest moderatori in forma figura humana, quia in turpiori imagine requiescit bestia. Injurie illata nutuo clamant a regente vindictam, vel necessitates perquirunt precibus gratiam. In quocumque articulo malum, & unde vis impendit cordi periculum: quippequam anxios subditos confugit morere ad Principem, & invenit in solio horridum torum draconem.

11 Pro Pilosi, Septuag. Chald. & Hieronym. hic, legunt *Demonia*. Saltabunt ibi. Saltare signum gaudij est. Isthac summa regentium impudentia, gaudere nempe, de subditorum tristitia. Genium ostendit versio lugentium, & identitiam; & etiam cordis cruciatum: quandoquidem dum labor urget, & desiderium sublevationis impellit; si pilosus caperata fronte occurrit, idem erit videre Principem, ac offendere demonem. Superiores, & tanquam Dei vividae imagines, ophthalmici debent esse, non basilisci. Insigne charitatis praesertim fatigant, ut subditi inebeciles cum reverentia, sed absque tremore accedant: ne dum in subsidium quaeritur Nerva, occurrat inverecundus Caligula. Refragatur huiusmodi insolentia Legislatoris Benedicti gaome: igitur cap. 64. *Regulae ait: Abbas studeat plus amari, quam timeri.* Portentor subditu in sinu, & Praetes haud stitabit in anfractu: siquidem plus debellabit charitas, quam supercilij severitas. Apti inficiantur Primates regnum, dum non hominem notant Nabuchum: & merito cum spinthere rationis relluunt in decorem dignitatis; quia vel in facie lucet lu-

men rationis. Ut qui stat, videat ne cadat superbia (qua corruit) decipula, Rex vicit in bono malum; igitur agnovit feliciter inferrimus in malo; revocabile irrevocabile bonum. Instat temporis occurrit felicitas, mulcens; & ludens cogitationes humanas. *Agedum silentio dicant: quippe (Martialis lib. 1. Epigram. 16.) Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.*

Felicitas temporis si nulli.

Mart.

DIDASCALIA IX.

*Laborum non aliud supra, quam terra patrii priuari.*

1 Cecinit Euripides in Med. v. 652. Unde in Troade ex persona Hecuba ait:

Eurip.

*Honestum namque est mihi Urbe hac flagrant, me quoque simul mori.*

Idem.

Et Virgilius 2. Aeneid. v. 637.

Exul careret vitia.

*Abneget excessa vitam pro ducere Troia Exiliumque patri.*

Cicer.

Quocirca apud omnes (licet a Cicerone pro Aul. Ceio, vocetur exilium, non supplicium, sed profligium, portuque supplicij) accipitur pro poena capitali. Alex. ab Alex. vide lib. 3. cap. 1. & 20. *Dier. Gemali* atque Tiraquell. hic. *Exilium* (ait Laurent. Beyeri. in *Theatro V. H.*) inter politica servitutis species connumeramus. Quod quidem malum, uti pessimum Ovidius in *libim* imprecatur infello:

Alex. ab Alex. Tiraq. Beyeri.

*Exul, inops erres, sive exagge rationem dixi, siquidem quasi non fuisset mortis & inferni poena, per exilium cogitatur aliquid ultra.*

Ovid.

Quo longius exilium a patria, eo durius, & dirior poena. Unde per Epitulum, Seneca in *Hercule furent.* Ad. 5. *diras ultrices in suum caput evocat huiusmodi:*

Senec.

*Dira Furiarum loca Et inferorum carcer, & fontis plaga Decreta turba, & si quod exilium latet Ulterius Enebo, Cerberio ignotum & mihi; Huc me abde tellus.*

Per Epitulum, sive exagge rationem dixi, siquidem quasi non fuisset mortis & inferni poena, per exilium cogitatur aliquid ultra. 2 Haud novum in sacris literis, quod a patria dulci expulsio, conferatur pallidae morti, & inferno. *Percussus sum* (dixerunt relegandi ex Israel propter frequentes in idola claudiciones, & crebras iniquitates) *factus cum morte, & cum inferno fecimus pacem.* Exprimunt pravaracionem poenam, & acerbitatis plane vividam notam: igitur cum poena inferni, & mortis sit Maximum quod sic cruciaminis; mortis & infer-

Exagge ratio casu vitatis exilij.

Isai. 28. 15.

Exilium quale tormentum.

fer.